

Petrus de Vinea

*Ep. V 88 (Cum nomina
castellanorum iurisdictionis...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 88 (Cum nomina
castellanorum iurisdictionis...)*

1220-1266

Eidem, ut nomina castellanorum et Statuta castrorum suae iurisdictionis in scriptis transmittat ad curiam.

1. Cum nomina castellanorum iurisdictionis tuae et statuta castrorum, iuxta quorum tenorem seu consuetudinem tam castellanis quam seruientibus in stipendiis prouidetur, numerum seruientium uniuscuiusque castris, et quibus castris de prouentibus curiae nostrae et de quibus prouentibus ministrantur expensae, scire uelimus, fidelitati tuae precipiendo mandamus, quatenus de predictis omnibus et singulis nostram fideliter instruas maiestatem. 2. Nullum ex castellanis, qui nunc sunt super ipsa castra statuti seu in antea per nostram excellentiam statuentur, sine iussione nostri culminis aliquatenus amoturus.